



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philomathi Mvsae Ivveniles

Alexander <VII., Papst>

Coloniae Vbiorum [i. e. Amsterdam?], 1645

LXXI. In Evndem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12750

LXX.

IN MAGNUM.

Bononienti peste grassante, Bononienses aves
à Magno Ferrariæ non admissæ.

Exulat à canta Magni miliaria mensa,
Dum metuit, pestem ne vaga penna ferat.
Ponatur quæso tutæ cornicula cœnæ;
Quæ fugit immunis, nec gerit una luem.

LXXI.

IN EVNDEM.

Bis denas miliarias, amice,
Pingues, & sapidas meo palato,
Quod donas, ago gratias: quod arvis
Captas Felsineis referre pestem
Credens, abnueris sed ante cautus,
Iuvat te timidum fuisse: pesti
Agam, non tibi, gratias, amice.

LXXII.

IN EVNDEM.

Dum nimium refugis pestem, miliaria, turdus,
Sic medico placitum, non tibi, Magne, datur.
Magne, tibi gignet metus hic contagia: pestem,
Tam gratis epulis qui caret, ille facit.

PO M-